

ILLVSTRISSIMO
ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO DOMINO
CHRISTIANO, Duci Saxoniae Sacri Romani Imperij
Archimarscallo & Electori, Landgrauio Thuringiae,
Marchioni Misniae & Burggrauio Magdebur-
genfi Domino suo clemen-
tissimo.



Nter reliquas artes, quas DEVS Opt. Max. generi humano propter amplissimas vtilitates monstrauit, ea, quae corporum caelestium motus, eorumque accidentia varia enumerat & explicat, praclarissima est, & maximè necessaria, quod non solum ipsa rei euidencia, sed etiam omnium sapientum iudicia & testimonia comprobant.

Nam doctrina haec, quae perpetuas motus primi mobilis leges, vicesque aestatis & hyemis, dierumque ac noctium ad animantium conseruationem accommodatas, ostendit illustre est testimonium de DEO opifice, nosque conuincit, vt firmissima assensione statuamus esse quandam mentem aeternam architectatricem, quae infinita bonitate & sapientia hanc mundi machinam condidit, eamque conseruat & regit. Affirmat & Plato in Timæo oculos nobis mortalibus Astronomiae causa praecipue datos esse, vt ad quaerendam DEI notitiam duces essent.

A 2 verba